



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 28. Pontificis Constitutio contra Parliamentorum edicta , & gesta  
adversus ejus decretum de Officio S. Gregorii Papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

cabant, ut contra Romana Brevia saltem simplex suppressionis edictum promulgare permitterentur. Verum eorum precibus unice datum est, ut Abbas tanquam privatus homo hoc scriptum traderet juris Regii Cognitoribus, hique desuper deliberarent: Nihilominus tamen Antissiodorensis Episcopus hosce Advocatos tanquam *illuminatissimos ac generosos veritatis Defensores* deprecabatur, eosque officiosa gratiarum actione honorabat.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1729.

§. XXVIII.

*Pontificis constitutio contra Parliamentorum edicta, & gesta adversus decretum de Officio S. Gregori VII.*

Interea temporis in variis Franciæ Provinciis adversus Pontificium decretum, quo Officium de S. Gregorio VII. recitari præceptum est, tot tamque virulenta edicta & scripta in vulgus disseminabantur, ut tam effræni licentiæ obicem ponere, summus Pontifex necessarium duceret. Habito igitur cum Cardinalibus consilio cuncta hæc decreta & scripta damnare, eaque tanquam irrita & nulla declarare statuit, hancque in rem die decima nona

*Hist. Eccles. Tom. LXXIII.*      H      De-



Sæc. XVIII. Decembris sequentem promulgavit  
 A. C. 1729. Constitutionem. „ Cum ad aures no-  
 „ stras pervenerit, nonnullos Magistra-  
 „ tus, seu Officiales & Ministros sæcu-  
 „ lares quibusdam Edictis, Decretis,  
 „ Senatus consultis, Præceptis, Man-  
 „ datis, aut id genus, aliisve quocum-  
 „ que nomine nuncupatis ordinationi-  
 „ bus, seu Provisionibus adversus de-  
 „ cretum extensionis ad universos Chri-  
 „ stifideles, qui ad horas Canonicas  
 „ tenentur, officii S. Gregorii Papæ VII.  
 „ quod prius ex Indultis se. re. Pauli V.  
 „ Clementis X. Alexandri VIII. & Cle-  
 „ mentis XI. Romanorum Pontificum  
 „ Prædecessorum nostrorum in pluribus  
 „ jam Christiani Orbis Ecclesiis passim  
 „ recitabatur, atque publice, & solem-  
 „ niter celebrabatur, a Nobis ad au-  
 „ gendum cultum *S. Pontificis & Con-*  
 „ *fessoris*, qui in extirpandis erroribus,  
 „ Ecclesia disciplina restituenda, & in-  
 „ struenda corruptisque moribus refor-  
 „ mandis strenue, ac indefesse elabora-  
 „ vit, novissime editum insurrexisse.  
 „ Hinc est, quod nos ex debito Pa-  
 „ storali officii, quod humilitati no-  
 „ stræ, meritis licet, & viribus longe  
 „ impari, commisit divina dignatio,  
 „ nostram, & Ecclesiasticam auctorita-  
 „ tem a perniciosis hujusmodi laicorum  
 „ conatibus illæsam, & illibatam tueri,  
 „ &



„ & conservare volentes, necnon om- Sæc. XVIII.  
 „ nium, & singulorum, quæ in præ- A. C. 1729.  
 „ missis, seu eorum occasione quovis  
 „ modo, acta, & gesta fuerunt, seriem,  
 „ aliave quæcumque etiam specificam,  
 „ & individuum mentionem, & expres-  
 „ sionem requirentia, præsentibus pro  
 „ plene, & sufficienter expressis, & ex-  
 „ acte specificatis habentes, de quam-  
 „ plurium venerabilium fratrum nostro-  
 „ rum S. R. E. Cardinalium consilio,  
 „ Edicta, Decreta, Senatus consulta,  
 „ Præcepta, Mandata, & quasvis alias  
 „ quocumque nomine nuncupatas ordi-  
 „ nationes, sive provisiones per Magi-  
 „ stratus, etiam supremos, seu officia-  
 „ les, & Ministros Sæculares, aut a-  
 „ lias a quacumque laicali potestate,  
 „ ejusque nomine adversus Decretum  
 „ extensionis Officii ejusdem S. Gregorii  
 „ Papæ VII. per Nos sicut præmittitur,  
 „ editum quomodocumque, & ubicum-  
 „ que, promulgata, & promulgatas ac  
 „ quævis alia in præmissis, seu eo-  
 „ rum occasione, & quomodolibet  
 „ acta, gesta, & ordinata, cum omni-  
 „ bus, & singulis inde secutis, & for-  
 „ san quandocumque secuturis penitus,  
 „ & omnino nulla, inania, invalida,  
 „ irrita, & de facto præsumpta, nul-  
 „ liusque prorsus roboris, & momenti  
 „ esse, & perpetuo fore, Apostolica au-  
 „ ctori-



Sæc. XVIII. „toritate tenore præsentium decla-  
A. C. 1729. „ramus. „

„ Et nihilominus ad majorem cau-  
„telam, & quatenus opus sit, illa om-  
„nia, & singula harum serie itidem  
„perpetuo revocamus, cassamus, irri-  
„tamus, annullamus, & abolemus, vi-  
„ribusque, & effectū penitus, & om-  
„nino vacuumus, ac pro revocatis,  
„cassatis, irritis, nullis, invalidis, &  
„abolitis, viribusque, & effectū peni-  
„tus, & omnino vacuis semper haberi  
„volumus: sicque & non aliter in præ-  
„missis per quoscumque iudices ordi-  
„narios, & delegatos, etiam causa-  
„rum Palatii Apostolici Auditores, ac  
„S. R. E. præfatæ Cardinales etiam de-  
„latere Legatos, aliosve quoslibet qua-  
„cumque præeminentia, & potestate  
„fungentes, & functuros, sublata eis,  
„& eorum cuilibet quavis aliter iudi-  
„candi, & interpretandi facultate, &  
„auctoritate, iudicari, & definiti de-  
„bere; ac irritum, & inane, si secus  
„super his a quoquam quavis auctori-  
„tate scienter, vel ignoranter contige-  
„rit attentari, decernimus, in contra-  
„rium facientibus non obstantibus  
„quibuscunque. „

§. XXIX.